

Carasura

Postea vero ad castrum
quoddam, cui nomen est
Carasura, quod qua-
draginta miliaribus

¹²³
Blond. Alexand
Martyre Priziper
in Bollandus:
Acta Sanctorum
Maii, v. III c. 198

ab urbe Philippi, et decem octo
distabat à Beroea, Alexander et
Tiberianus perreuerunt (επι αι. Ματιριου)
Cumque Tiberianus illic ingressus esset,
in castris illo die est hora fere

ΑΚΑΔΗΜΙΑ



ΑΘΗΝΩΝ

Milites vero sancti Martyrem Alexander
secum habentes, una cum ipso prope castrum
aliud ad locum arboribus consitum
direrunt. Tum Martyr Alexander
dixit militibus: Εamus fratres, ad
arboreas illas: cum enim eum locum vi-
disset, valde oblectatus est. Itaque cum eo
venissent: Vere, inquit, fratres, ego sitio.
Illi vero: Et undenam hic aquam habe-
bimus? Expectate paulisper, fratres, inquit
Alexander: potest enim Deus meus etiam
hoc in loco nobis aquam suppeditare. Cum-
(ἀνοδῶν)

que hæc dixisset, flexis genibus, ita Deum ora-
vit: Domine Jesu Christe, qui lapidem in soli-
tudine olim discidisti, et aquam ex illo edu-
xisti, ne populus tuus Israël siti deficeret:
nunc te misericors respice servum tuum, et
hoc in loco aquam præbe, ut ego servus tuus
bibam, et homini tuo gloriam reddam. His
dictis, statim tellus, quæ infra arbores illas
erat, aperta est, et gelidissima ac purissi-
ma quedam aqua erupit: unde et Alexander
et milites qui cum eo erant, biberunt.
Id cum vidissent multi, tantam mirabili-
ter sanctis Martyrum factam mirati sunt, et
inter se dicebant: Magna quæ est Deus Chri-
stianorum, quoniam sic servos suos exaudit.
Tunc Tiberianus sedens pro tribunali, jussit
B. Alexandrum illuc duci: quem interrogans:
Age, inquit, dic Alexander: Facione quod
jubeo Imperator, an non? Respondit ille: Ego
coelestis Imperatoris mei edicto parere volo, ne-
que te aliquid esse puto, neque Imperatorem
tuum, mortalem et caducum hominem. Hoc
responsum, cum Præses ab eo accepisset, non
amplius illis interrogare voluit, sed convoca-
tis militibus: Celeriter, inquit, istum compre-
hendite, et in urbem Berœam abducite.



AKAΔHMIA

AOHNON